



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Capvt. LVIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Super quemcunq; morbum imposueris man-
curabitur. Mane autem facto, per dispensa-
tionem Dei. Ecce homo quidam cū vxore veniebat
cuius mammillam cancri morbus consumebat.
Rogabat ergo illum vir eius, vt vxorem suam ce-
raret. Qui cū peccatorem se di-cret, & in-
dignum ad tale attendendum opus, vir ille per-
sistebat orans, vt annueret sibi, vxorisque sua
misereretur. Cū verò imposuisset illi manum
mammillamque signasset, continuo sanata est. Et
extunc plurima iam per illum signa Deus ope-
ratus est, non tantū in vita sua, verum etiam
post mortem.

*miracula que post Sanctorum mortem per eos ad illa-
orum memorias operatur Deus, splendorem vici-
lorum aperit confitentur.*

*Mors Symeonis Stylita & de Iuliano Abbate
etiam Stylita,*

C A P V T. LVII.

Quadragesima ferè miliaribus ab Aegis ciuita-
te Ciliciæ Stylites erat nomine Symeō. Hic
fulgure percussus interiit. Abbas ergo Iu-
lianus Stylites presbyter præter consuetudinem
suam insolito tempore dixit discipulis suis: Me-
tite thymiana in thuribulum. Qui dixerūt ei: Dic
nobis causam, pater: orabantq; vt diceret eis. Seruus
autem dixit: Quia modò frater meus Symeō a
fulgure deiectus interiit, & ecce transit anima eius
cum tripudio, & exultatione. Distabant autem ab
inuicem miliaribus ferè vigintiquatuor.

C A P V T. LVIII.

Abbas Stephanus monasterij sancti patris no-
stri Sabæ Dux & hoc de memorato Abbate Iu-
liano.

liano Stylte narravit, quod leo iuxta cum locū, in quo morabatur, apparuerit, plurimosq; peregrinos, & indigenas necare solitus fuerit. Die ergo quadā aduocans discipulū suum senex, Pancratiū nomine dixit ei: Vade fermē duo millia passuum ad Austrum, inueniesque illic leonem iacentem, cui dices, Humilis Iulianus in nomine Iesu Christi filij Dei viuificātis omnia, tibi pręcipit, ut recedas ab hac prouincia. Profectus vero frater inuenit leonem iacentem. Cūmq; verba senis illi dixisset, continuo recessit leo.

Etiam immanissimis bestijs Sancti in virtute Dei imperant.

Vita Abbatis Thallelai Cilicis

CAPVT. LIX.

ABBas Petrus presbyter eiusdem monasterij narravit nobis de Abbate Thallelao Cilicis, quod LX annos transegisset in vita monastica nunquam flere desistens, dicensq; iugiter: Tempus hoc nobis ad pœnitentiam indultum est, & valde requiretur a nobis, si illud neglexerimus.

Ecce quomodo vera pœnitentia habet secum dolorem de peccatis commissis, & non tantum nouam vitam.

Factum egregium Sanctimonialis femina, per quod compactus adolescens eius amator, monachus effectus est.

CAPVT. LX.

Quidam vir fidelis narravit nobis, cum in Alexandria essem, tale quiddā Sanctimonialis (inquit) quædā sedebat in domo sua vitā solitaria ducens; talurisq; suę valde sollicita, ieiunijs

Z S iunijs